reſcens, in lapidis ſoliditatem obdu-
ruerat, ita tamen vt vrinæ meatus de
die in diem exiguus patêret, qua ſtil-
laret, donec elapſis quinque ab ictu
ſeptimanis, ſubſtantia ea vſtulata, pu-
tredine ſenſim laxata, vnà cum calcu-
lo accreto, à chirurgo inſtrumento
extracta fuit, & vrina iam immediatè
vulnus permanauit. Porrò ſubſtan-
tia ſoluta & exempta, ambuſtæ & len
tæ admodum cuti perſimilis erat, dua
rum ſtipularum craſsitie, digiti tranſ-
uerſi latitudine, lapidoſam eam mate
riam ambiens, qua vrina exitum ha-
buerat: quæ quidem tophos, qui in
thermis congelantur, ferè ſuperabat
firmitate, colore cinereo, tactu aſpe-
ra vt è groſsis arenulis conglutinata.
Sic igitur ampliato meatu, & purgata
veſica liberataq; à reliquis ſordibus,
calculis, viſcoſitate, ſanie, & alijs quæ
de globo bombardico, lotij acrimo-
nia conſumpto ſupererant, & orifi-
cium veſicæ obſtruxerant, vulnus ſa-
nari

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG